Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

16

mirabilis. iustinus phylosophus. pro religione xpi plurimum
laborans. scriptor. remuneratione lingue fidelis. martirii
munus accepit. In hispaniis sancti Erminigildi. qui ob fidei cat
holice confessionem. securi in capite percussus. regnum celeste pro
terreno. rex intrauit et M A R T Y R.
xviii. F xviii. K. M A I. Rome uia appia. natale beatissi
morum martirum. Tyburtii et Ualeriani. et Maximi. sub almachio
prefecto. Quorum primi fustibus cesi. et gladio percussi. ultimus
tamdiu ad plumbatas uerberatus est. donec exalaret spiritum.
Apud alexandriam. sancti frontonis abbatis. cuius uita. sanctitate et mi
raculis extitit gloriosa. Interamnis beati Proculi martiris. Item sancte
Domnine uirginis. cum sociis uirginibus coronate.
vii. G xvii. K. M A I. Apud perside ciuitate cordula. natale sanctorum. Olim
piadis et Maximi nobilium. Qui iubente decio. fustibus cesi. et
deinde plumbatis. ad ultimum capita eorum securibus sunt tunsa. donec
emitterent spiritum. In italia beatorum martirum. Maronis. Eutycetis. et
Uictorini. Qui primo apud insulam pontiam. in confessione xpi lon
gum ducentes exilium. postmodum sub principe nerua. cum conuertis
sent plurimos ad fidem. iussi sunt uariis interfici penis.
A xvi. K. MAI. Apud corinthum. natale sanctorum. Calisti et Charisii. cum aliis
vii. omnium in mare mersorum. Cesarauguste sanctorum. x. et viii. martirum.
Quintilliani Cassiani. Matutini Publii. Urbani Marcialis.
Fausti Successi. Felicis Ianuarii. Primitiui Euoti. Ceciliani
Optati. Frontonis Luperci. Apodemi et Iulii. Hii omnes simul sub
daciano hispaniarum preside. penis affecti atque interempti sunt. Item sancti
Aniceti pape. qui sedit in episcopatu annos xi. temporibus seueri et marci.
martirio coronatus. sepultus est in cimiterio CALISTI.
xv. B xv. K. MAI. Apud affricam. natale sancti Mapalici martiris. qui ut beatus scribit
Cyprianus. in epistola ad martires et confessores. cum aliis pluribus martirio coronatus est.
Antyochie sanctorum martirum. Petri diaconi et Hermogenis. Item cordube sanctorum